





CONTENTIO INTER ANIMAM ET CORPUS.

RHYTMI SUETHICI

E CODICE MANUSCRIPTO BIBLIOTHECÆ REGIÆ HOLM.

QUOS

VENIA AMPL. FACULT. PHILOS. UPSAL.

PRÆSIDE

MAG. **JOH. HENR. SCHRÖDER**

R. Acad. Bibliothecario, Hist. Litt. et Archaeol. Prof. R. et O. Nummophyl. Ac. Praef., Reg. Ord. de Stella Polari, nec non Reg. Ord. Danebrog. Equite, R. Acad. Litt. Hum. Hist. et Antiqu. Stockh. R. Soc. Scient. Ups. Gothob. Nidaros. R. Institut. Amst. et Archaeol. Rom. R. Societ. Acad. Sabaud., Florent. nec non R. Societ. Antiquar. Hafn. et Edinburg. cet. Membro et Corresp.

PRO GRADU PHILOSOPHICO

EDIDIT

CAROLUS GUSTAVUS MODIGH

SMOLANDUS. A SACRIS.


IN AUDIT. GUSTAV. DIE VI JUN. MDCCCXLII

H. A. M. S.

HOLMIÆ

EXCUDEBANT P. A. NORSTEDT & FILII.

1842.


BIBLIOTHECA

A

SON EXCELLENCE

MONSIEUR LE COMTE

M. BJÖRNSTJERNA,

ENVOYÉ EXTRAORDINAIRE ET MINISTRE PLÉNIPOTENTIAIRE PRÈS DE SA MAJESTÉ BRITANNIQUE, CHEVALIER DES ORDRES DU ROI &c.

dédié

très humblement

par

L'EDITEUR.

In Bibliotheca Regia Holmiensi codex manuscriptus vetustus adservatur D. 4 signatus, qui antiquitatis monumenta indagantium studio dignus nobis visus est. Nos carmen, quod titulus indicat ex hoc codice exscribentes et notulis illustrantes summa cum benignitate adjuvarunt viri celeberrimi, Regii hujus thesauri custodes. Paginae hujus codicis adscriptis numeris non distinctæ, sed singula tantummodo folia, affixis ordine litteris, quæ tamen post numerum tricesimum variant, sunt notata. Loco tituli membraneus index opusculorum, quæ in libro continentur, præfixus est. Qui index picturam gerit perquam detritam. Volumen incipit hoc modo: I *thæsse book finner man margh æventyyr, som ær först aff herra Ivan oc herra Gavian.* Continentur in hoc manuscripto:

1) Historia domini Johannis stilo et rhythmis antiquis svethicis concinnata. Erat, ut dicitur, hic Johannes sive Iwan affinis et eques Arthi regis Britannici. Oborta inter pocula contentione cum quodam nomine Keja, quod hic illum Wadoyno Rufo, viro quodam nobili ac forti, inferiorem censeret, Wadoynum adoritur, prosternit, fugientemque in arcem munitissimam persequitur. Ubi inclusus Iwan ope annuli, a virgine Lunetta sibi concessi, inter medios hostes invisibilis manet. Vidua Wadoyni, jam mortui, opera ejusdem Lunettæ reconciliatur et matrimonio illam secum conjungit Iwan. Peregre proficiscitur intra anni spatium reditum promittens; fidem vero datam violat et

propterea, probris a conjuge exceptus, rejicitur. Mente inde captus per devia vagatur ac tandem a muliere quadam, adhibito unguento, sanatur. In leonem cum serpente pugnantem incidit, hunc occidit, illum periculo solvit et incorrupta fide sibi devinctum comitem reddit. Lunettam catenis clausam fortuito reperiens solvit ejusque accusatores duos aulicos interficit. Ad aulam regis Arthi reversus, duello contra Gavianum, cujus præclare facta hoc loco commemorantur, se committit; quoniam caussa filiarum viri cujusdam nobilis Swartaklingeri, de patrimonio contendentium ad arma deducitur, partes unius Gavianus, alterius Johannes agit. Agnitio antem heroum mutuæ pugnæ finem facit et amplexibus dat locum. Inde Iwan uxori reconciliatus consenescit. Finis scripti hic est:

*tha thusand wintr*ar *tryhundradh aar*
fra gudz fözlo lidhin war
*oc th*er *til thry i thæn sama tima*
*Eufemia Drottn*ing *th*et *maghin ij tro*
læt thæssa bokena wænda swo
aff walske tungo oc a wart maal
ther Drottning ower Norghe war
Medh Gudz miskund thrættan aar
Nu ær thæsse book til ændæ.

Constat 113 paginis. Deest folium B. V.

2) Res gestæ Frederici, Ducis Norrmanici, rhythmice descriptæ, *) sub titulo: *aff Hertigh Fredhrik af Normandi*, qui in Indice præfixo, perperam scribitur Hendrik.

Incipit poëma his verbis:

*Et æwintyr th*et *byrias hær*
*Wilin ij höra huru th*et *ær* &c.

*) quas, ex parte, edidit celeb. *G. W. Gumælius.* — Vide: Iduna. Häft. IX.

Præfaminis loco celebrantur heroes Arthi regis Britannici, quorum numero tandem adscribitur Fredericus. Huic venatu aliquando redeunti obviam venisse dicitur Nanorum quidam rex, nomine Malnrit, auxilium ab illo contra rebelles cives efflagitans. Fert hoc Fredericus, et, in grati animi signum, a Malnrit reportat annulum, cujus vi, urgente necessitate, a gladio, aqua et igne sospes maneret et visui aliorum se subtrahere posset. Hoc munitus gigantem Fialskalperum certamine superat et Gamorinum, Scotorum regem, una cum conjuge, ab hoc captum et vinctum, liberat. Quem ad equestre certamen in urbe Berna habendum comitatur, factaque inter equitandum mentione Floriæ, regis Irlandorum filiæ pulcherrimæ, in turri autem firmissima custoditæ, hanc videndi cupiditas Fredericum mox incendit. Ludis equestribus summa cum laude finitis hoc persequitur propositum, et ad aulam regis Irlandici contendit. Gynæceum annuli vi adjutus intrat, virginem stuprat et aufert. In itinere naufragium patitur, quod illa tamen cum Gamorino, alia navi vecta, evadit. Ope memorati annuli in medio mari salvus persistit et a duce Irlandico tollitur captivus. Gladio, ob commissum nefas, frustra tentatus in pyram conjicitur, unde pariter incolumis evadit, aufugit, mox autem in gratiam regis redit et Floriam ducit uxorem. Magnificæ ipsius celebrantur nuptiæ, quibus etiam memoratus ille Nanorum rex interest. Succedit socero sceptrumque diu tenuisse dicitur. Historia libelli ad calcem hæc est:

Thenna book lot Kesar Otto göra
ok wænda af Walsko ij Thyzt maal.

et paucis interjectis: -- *Hona lot wænda a wart maal*
Eufemia Drottning — —

tha tusand aar ok thry hundrath aar
fra guz födhilse lidhin var.

Constat 60 paginis. Periit Fol. XVIII.

3) Fragmentum chronicorum regum Daniæ, quod initium sumit a Dano Humble, Svionum regis filio et cum Frodhone, cognomine Fraghne, desinit. Unica tantummodo pagella constat.

4) Historia rhythmica Flores & Blanzafloræ, cujus summa hæc est: Peregrinator quidam natione Gallus ab Apulorum rege terram sanctam depopulante occiditur. Filia, patri in itinere socia, Apulorum reginæ captiva traditur. Vidua illa erat et filiam in utero gestabat, quam eodem momento, ac regina filium, parit. Flore hic, illa Blanzaflora. Mutuo fruuntur consortio, mutuoque, a prima inde infantia, accenduntur amore. Quod animadvertens pater ægro animo fert, et ut filium ab amata separaret, eum ad sororem suam Sibyllam transmittit; illam autem mercatoribus Babyloniis vendit. Redux Flore sine Blanzaflora vivere nequit, illam quæsitum abit ac tandem Babylone in gynæceo regio reperit. Dolo inter flores, in calatho huc intromissus, cum dilectissima sua Blanzaflora cohabitat donec cum ipsa in eodem lecto concumbens ab ipso rege deprehenditur. Vinctus coram judicibus constitutis sistitur, monomachiae commissam caussam feliciter defendit libertatemque recuperat. Patri succedit, Blauzafloram matrimonio secum conjungit eaque provocante Galliam adit et christiana ibi imbutus religione ultimum vitæ terminum felix attingit. Finis historiæ hic est:

Nu haffwer thenne saghan ænda
Gudh os sina nadher sændae
then them loot wænda til rima
Euffemia drotning ij then sama tima

litith för æn hon do
*Gudh gifui henna siæll nadh*er *ok ro* &c.
Constat 36 paginis.

5) Fol. D XXII ad calcem paginæ, linguâ Alemanicâ scriptum continet precationem satis ridiculam ad sanctam Christinam. — In eodem folio, sermone latino ad picturam lectu perquam difficili de lapide commemoratur, quo quis invisibilis fieri possit.

6) Fragmentum Calendarii veteris lingua latina scriptum, versione suethica illustratum. Sequitur sine versione scriptum: de Tonitribus. Incipiunt Fol. D XXIII et 4 paginas comprehendunt.

7) Historia Alexandri Magni. Typis exscripta prodiit hæc historia, Visingsburgi 1672.

8) Annales rerum tam ecclesiasticarum quam politicarum, ab anno fere Christi M ad annum MCDXXX. Incipiunt Fol. G XXVIII et 4 pagg. constant.

9) Lineamenta quædam descriptionis historico-geographicæ speciatim Westrogothiæ, sub titulo: *aff ramerkiom kring om Westergötland.* Constant 2 pagg., ad calcem LL. WGoth. edita.

10) Catalogus regum Sviogothicorum vetustus, qui in indice inscribitur: *aff Swerikis konungom.* Incipit Fol. H I et omnimo congruit cum eo, qui in codice LL WGoth. membraneo reperitur. Quem ediderunt Stjernhjelm, Ihre, Editores scriptorum rer. suecicar., Schlyter, quos vide.

11) Quæstiones et responsiones latinæ ex historia sacra petitæ, sub titulo: Interrogationes Magistri ad discipulum. Incipiunt Fol. H II et dimidium paginæ vix complent.

12) Medicina pecoribus morbo afflictis vel descriptio latina Lixivii cujusdam, quæ dimidio paginæ absolvitur.

13) Missa S. Nicolao cantanda, ut a necessitate liberet, quæ particulam ejusdem paginæ occupat.

14) Opusculum geographicum. Constat 2 paginis.

15) Interpretatio somniorum sub titulo: Nota Sompnia Danielis, 6 pagg. conscripta.

16) Psalmi ab Hilario conscripti, sine præfixo titulo. Unicam vix paginam complent.

17) Fundamenta physiognomica vel ut habet memoratus index: De physiononomia manuum et totius corporis. Constant 7 paginis.

18) Defectus est plurium foliorum a Folio H XV ad J XXIV. Opusculum igitur illud: *Swerikis Kronika the ny,* quod secundum indicem sæpius nominatum hoc loco appareret, et 42 pagg. constaret, totum quantum deperditum est. Parem sortem subiit libellus, vitam et res gestas Johannis sacerdotis tractans, cui in indice additur titulus: *aff Iwan præst af India land.*

19) Historia Caroli Magni, lingua suethica conscripta, cui in indice additur titulus: *aff karla magnus kong.* Periit cum cæteris initium hujus opusculi; quod vero reliquum est fabulis anilibus fere totum constat et 22 paginis absolvitur.

20) Descriptio Allegorica sub titulo: *Hær byrias af swerikis rike,* cui in indice præfixo additur titulus: *aff kong Albrekt oc aff swerikis rike.* Manuscriptum mutilum atque mancum.

21) Commentatio adventus et nativitatis Christi, lingua suethica scripta, sub titulo: *aff gudz tilqvæmd oc födhilse.* Constat 5 paginis. 22)

22) Descriptio fabulosa obitum Sanctæ Mariæ tractans. Constat 5 paginis.

23) Commenta pontificiorum sub titulo: *aff ware Frv fæm sorghom.* Incipiunt his verbis: *then tima war frw war opfarin til himerikis* &c. Finis hic est: *hwa tik aminnir a the fæmpto sorghena --- honom wil iak fore thina skuld forlata mina wredhe ther iak til honom haffwer oc wil iak giffwa han i thit miskunneligha wald at thu ma mædh honom göra æpter thinom signadha wilia.* Constat 3 paginis.

24) Explicatio suethica sub titulo: *aff fæmptan teknom fore domadagh.* Unica pagina constat.

25) Speculum missæ, sub præfixo in indice titulo: *aff mæssona thydilsom.* Reddit rationem rituum et verborum in missa papali occurrentium. Constat 2 paginis.

26) Historia sanctæ crucis sub titulo: *aff thy helgha korsse huru thet kom til,* quæ ita finitur: *oc tha bar thet samma træ the frwkt som badhe Adam oc allo mankyn gaff miskunnena olio oc återlöste them* mædh *sina signadha blodhe.* Constat 4 paginis.

27) Libellus dictus Lucidarius. Incipit his verbis: *thæsse book hetir Lucidarius fore thy at han gör redho* mædh *sin kænnedoom oc lyser af marghahanda thingom.* Continet institutiones Catecheticas principiis pontificiorum accommodatas. Constat 16 paginis.

28) Dicta et facta septem sapientium sub titulo: *aff the siw mæstara.* Initium hujus scripti penitus deest. Finitur hoc modo: *swa frælsir oc gudh alla the som i rættom stykiom wilia liffwa.* Constat 38 paginis.

29) Contentio inter animam & corpus. Vide infra.

30) Res gestæ S. Georgii, metris suethicis descriptæ sub titulo: *Ridder Sancte Yrians pina.* Incipiunt his verbis:

Loff' hedher oc ære haffwe gudh
ther mædh sit alzwældogha budh
gör swa marghfald nadh oc æra.

Finis hic est.

A herra ridderste Yrian
som thu thina nödh forwan
oc alla thina marghfalla pina
oc konungxins dotter sina
giff' os thænkia a thin dödh
thet wi matw forwinna wara nödh
oc himmerikis glædhe ewinnelika fa
thet giffwe os gudh ther alt for ma.

Constant 8 paginis.

31) Expositio septem sacramentorum sub titulo: *aff siw sacramentis.* Incipit his verbis: *Wiisdomen bygdhe sik et hws oc satte i thet hws siw stolpa — — — thæsse ære Siw sacramenta — — swa som ær döpilse. færmilse. scriptamal. gudz likame. ytesta smörilse. præsta vighelse. oc hionolagh.* Ultima verba et finis voti penitus deesse videntur.

Plura non continet hic codex manuscriptus, unde reliqua omnia, quæ in indice sæpius memorato nominantur, deperdita sunt.

E codice supra adumbrato carmen, quod inscribitur: contentio inter animam et corpus edendum nobis visum est. Qua re iis operam præstare cupimus, qui monumenta linguæ Suecanæ cum monumentis linguæ Danicæ conferre volunt; carmen enim illud, sæculo duodecimo latine scriptum, Suethicis deinde litteris et Danicis sæculo decimo tertio vel quarto mandatum, studio investigatoris cujusque harum linguarum dignum

sane habemus. Versionem Danicam notis illustrata, celeb. ille Molbech non ita pridem edidit; *) Suecanam nos nunc exscripsimus, cujus verba hæc sunt:

Hær sigx aff huru siælin oc kroppin thrætto:

Jak er en mæst*are* a[1]) boka list[2])
th*et*[3]) haffw*er* mik giffwith ih*esus* *chr*ist[4])
th*et* war mik aff gudhi weet[5])
et andelikt thing tha wær[6]) mik teet[7])
tha iak nidh*er* lagdhis[8]) om ena wint*er* nat
en andelik dwale[9]) kom mik til braat[10])
Th*et* war th*et* mik tedhis tha
hwar eens manz likame[11]) dödh*er* la
hans siæl gik til ho*nu*m i th*en* tima
som wt war gangin aff ho*nu*m forsnima[12])
hon stodh nær ho*nu*m m*ædh* syrghiande graat
swa önkelika hördhe iak henna laat[13])
hon lastadhe han fo*re* synder sina
th*et* hon war dömpd til helvitis pina
hon taladhe til ho*nu*m swa margha lwnd
som i maghin höra i thæsse stwnd
Hwi ligg*er* thu arme likame swa
hwa monde thik swa nidh*er* sla
tha stædh*er* oc land the ræddos thik all
tha thænkte thu litith a tholikt fall
th*et* haffw*er* thu fore allan wærldz hedh*er*
th*et* thu ligg*er* nw i muld swa ledh*er*[14])
hwar ære nw thiin dyro klædhe
hwar ær nw thiin widha akers sædhe,
hwar ær nw thin dyre kost[15])
hwar ær nw wiin miödh oc most
hwar æra nw yrt*er* marghahanda
oc the kraser[16]) fore thik plæghado standa

*) Vide: Dansk Nye Magazin..

hwar ær nw gull oc silff th*et* rena
hvar ære nw alle thine dy*re* stena
hwar ær nw alzsköns[17] willebradh
hwar ær*e* nw thiin kloko raadh
hwar ær*e* nw thina sænga dyra
mædhan thu ligg*er* h*ær* fore orma[18] oc myra
hwar ære nw thiin torn oc borgh*er* stora
hwar ære nw thina rika foro[19]
hwar ære nw thiin dighro wald
hwar ær nw thiin makt swa marghinfald
som thu war förra wan at haffwa
thik fölgdhe swa lithik th*er* aff til g*ra*ffwa
hwar ær*e* nw thine swena thik skullo thiæna
thiin barn oc thiin husf*rw* wæna
hwar ær nw all thiin wærlz æra
mik thykkir thu skal nw hona[20] ombæra
thu haffw*er* nw fangith en at*er*gang
thiin graff ær ey siw fota lang
ey haffw*er* thu meer nw aff allo thy[21]
som thit goz war i hwariom by
awi awi[22] fo*re* litin froma
thu haffw*er* giort os *mædh* wranga doma
helwite staar os opith till redho
oc swa the marghe diæffla ledho
awi th*et* iak war swa illa fortapath
swa reen iak war æpt*er* gudz liknilse skapath
i döpilse war iak giordh swa klar
som the sool a himelin gaar
nw ær iak fwl fo*re* synder thina
oc ær fordömpd til helwitis pine
æ mædhan thu lifdhe tha giordhe thu illa
bæggiás wara hedh*er* monde thu spilla[23]
oc enkte[24] wille thu mik tha sæta[25]
æn tho at[26] thik bordhe th*et* wæl til rætta[27]
iak war thik tho[28] fo*re* f*ro*we sc*ri*ffwin

oc thu wast mik til thiænist giffwin
hwru synis thik nw thetta hws
som ey haffw*er* dagh oc enkte liws
thetta hws ær ey nw höghra æn swa
æn thakith a thina næsa na
th*et* hænd*er* aff en gudhlik ræt
th*et* syndoghe mæn the falla nidh*er* swa slæt
alla wærlz t*u*ngor gita ey full sakt [29])
mi*n*a mintzsta pina m*ædh* alle sinne makt
tho ær mik th*et* mæst a moot
th*et* iak thörff ey hopas a nakra boot
iak wænt*er* th*et* thiin dighra rikt [30])
thu sama*n* lagdhe m*ædh* mykin fiikt [31])
m*ædh* fals oc oker thu thet sama*n* kom
m*ædh* menedha oc wranga*n* doom
thu skildis th*er* widh i enne stu*n*d
tha dödhin sökte thit hiærta gru*n*d
thu ær nw fulder aff steen oc muld
orma oc paddor slita thit huld [32])
thiin öghon ær*e* blind thiin tu*n*ga ær thyst
til rikedoma haffw*er* thu nw ænga list [33])
thinna husf*rv* sorgh fullskyt [34]) forgik
tha hon th*et* rika arffwith fik
thu thörff ey nw hopas a thinna frænder
tho the togho thit goz alt i sænder
the lösto os ey aff ware pino
m*ædh* eno mi*n*tzsto goze sino
arme krop forstaar thu æn
hurw wærldin swiker sina mæn
hon lyckte thik rasklika fra sik wte
oc holde [35]) thik i eno*m* armo*m* klwte [36])
hwar ær*e* nw the bönd*er* thik fördho skat
mik thykker thu haffw*er* tik siælffwan flat
wi komo*m* [37]) æn saman iak oc thu
tha ma thu kænna hwath iak thol nw
waar pina for vtan ænda staar

iak thol th*et* we som ald*r*e forgaar
nw mædhan iak ma ey læng*er* sta
tha skal iak at*er* til helwitis ga
miin ordh wænt*er* [38]) iak fulsan at wara
iak tror thu kan mik enkte swara
Tha siælin haffdhe thetta sakt
oc syrghiande ordh swa margh op laght
tha opsattis th*en* likame som förra la
tha hon haffdhe han awiit swa
han græt oc læt swa rædhelik [39])
oc wenadhe [40]) sarlika [41]) siælffwan sik
sidhan spordhe han hwa th*et* var
som swa hwas ordh modh ho*nu*m bar
Æst thu miin siæl swa talar til miin
tha swarar iak swa til ordha thiin
sompt ær th*et* sant thu haffw*er* mik saght
oc sompt ær th*et* wra*n*glika th*er* til laght
iak kænnis th*et* iak giordhe illa
fore thy iak læt thik fara willa
æn tho likami*n* syndar stu*n*dom
siælin syndar swa marghom lu*n*dom [42])
thet ær ræt opta vnd*er*löst
thy at diæwlin giffw*er* ho*nu*m th*er* til tröst [43])
wærldin swik*er* han anna*n* vægh [44])
m*ædh* sino*m* wænleek [45]) badhe nat oc dagh
the swika ho*nu*m thæssom lu*n*dom swa
th*et* han kan ey a moot them sta
tha likami*n* swikx m*ædh* thæsse snæra [46])
tha sigh*er* siælin sik oswikna wara
wæl ær th*et* sant thu sagdhe mik
th*et* gudh thik skop æpt*er* siælffwa*n* sik
han giordhe thik rika m*ædh* wit oc skæl [47])
iak tror thu weet th*et* nw ful wæl
tha war iak thik til thiæniste giffwin
oc thu war mik til frwo sc*r*iffwin
thy pröffwar iak th*et* thu skulle os badha

mædh thit wit badhe styra oc radha
hwi læt thu mik tha göra illa
oc ville mik alldr*e* th*er* aff at [48] stilla
fore thy ma thu swa wæl som iak
lastas nw fore the samo sak
tha siælin wille sin frwdoom fræmia
tha skulle hon daghlika likami*n* tæmia
m*ædh* fasto oc alzsköns at*er*hald
tha styrdhe hon wæl sit frwo wald
i siælinne ær all likama*n*s makt
badhe liif oc *ger*ni*n*ga oc all ha*n*s akt
wille ey siælin tha styra ho*nu*m
tha tror iak at tholikt ær tha i wano*m* [49]
at wærldin ma ha*n* rasklika daara
oc föra th*em* badhin i dötzsins snara
hwath ær th*et* som likami*n* kan
tha siælin hon ær skild widh han
iak sigh*er* th*et* thu haffw*er* alt th*et* waldith
th*et* iak haffw*er* mik til synda haldith
æ hwath siælin fulkompna vil
th*er* manar hon sin likama til
hon fölgh*er* likama*n*s vilia allom [50]
m*ædh* synd oc alzsköns dötzsins fallom
th*et* haffw*er* iak pröffwath i th*et*ta sin [51]
th*et* thin last ær nw meer æn min
gak bort iak talar ey læng*er* widh thik
thy at orma oc paddor slita mik.
Siælin swaradhe ater swa
war wis iak skal æn læng*er* sta
oc thræta æn ena stu*n*d widh thik
thy thu giffw*er* alla skullena mik
awi awi thiin fwla iordh
hwar namp [52] thu swa kyndigh [53] ordh
tho at hwaro kænnis iak th*et* wæl
thu haffw*er* mik swarath so*m*pt m*ædh* skæl
th*et* ær sant th*et* thu skulle lydha mik

oc iak skulle styra oc radha thik
mintz oppa thiin fwla mwld
thu haffw*er* mik giffwith stora skuld
tha iak wille thik styra oc radha
m*ædh* fasto oc wako fra allan wadha
tha lismadhe wærlin for*e* thik swa
miin radh mo*n*de thu all forsma
fwle forrædha*re* th*et* sigh*er* iak thik
thu togh mi*n* frwdoom illa aff mik
th*er* m*ædh* iak war swa illa forradhin
thu sænkte os til helwitis badhin
nw mædhan iak skulle thiin f*rv*a wara
oc iak læt thik swa willan fara
for vta*n* styrilse th*et* kænnis iak
thy ær iak ey lotlöös aff thæsse sak
thiin sak ær tho meer æn miin
thu swek mik m*ædh* darskap thiin
haffdhe thu diæwlsins swik forsmat
oc enkte lyyt a hans fwla akt [54])
vt*an* held*er* giort wars h*er*ra budh
tha matto wi liffwa m*ædh* siælffwa*n* gudh
tha wærlin swiklika mot thik lo
hon iætte [55]) thik liffwa m*ædh* alzskins ro
tha tænkte thu litith a thin dödh
tha skildis thu widh al wærlz ödh [56])
tha til thik kom then dödhin hardhe
oc fördhe thik aff thinom gardhe
han satte thik aff thino sæte
i thæssa g*ra*ff m*ædh* ryghelik [57]) læte
wærlin ær ræt som then man
th*er* swik oc ænga dygdh*er* kan
æ hwem hon giffw*er* mæstan hedh*er*
han wardh*er* henne raskast ledh*er* [58])
tha ha*n* thænk*er* sik mæst hedh*er* haffwa
tha sænd*er* hon han i dötzins g*ra*ffwa

fwl döön [59]) oc madhka giffw*er* hon ho*num*
ey ær tha me*re* hedh*er* i wanom
thine winir thik haffdhe förra kæra
the magho thik nw wæl ombæra
the tænkia nw litith a thit we
iak tror the wilia thik ey nw se
Tha likami*n* monde thetta forsta
som siælin haffdhe op talt tha
swa syrghiande monde han tha g*ra*ta
oc taladhe til henna i thæssa mata [60])
Tha iak i wærlinne liffwande war
th*et* rika h*er*ra nampn iak th*er* bar
tha mik mondo alle bwgha oc nigha
tha thænkte iak litith a tholik qwidhe
tha matte iak badhe rætta [61]) oc döma
gull oc dyra stena badhe haffwa oc göma
borgh*er* matte iak byggia oc halda
iak thænkte litith a graff swa kalda
nw seer iak wæl at alt wærlz wall [62])
rikedoom slækt oc wænleek ball [63])
the ku*n*no ey all sama*n* ma*n*nin wæria
tha dödhin komb*er* oc wil han hæria
badhin maghom wi lastas aff gudh
Wi lyddom ey hans helgha budh
thin læst ær meer th*et* weet iak wæl
th*et* ma iak pröffwa m*ædh* ful godh skæl
thu weet wæl th*et* som sc*ri*ftin sigh*er*
æ hwem gudh mere hedh*er* giffw*er*
meer bör ho*nu*m gudhi ater giælda
æn th*en* som mi*n*na [64]) fik at walda [65])
gudh gaff thik liif wit oc mi*n*ne
oc margha handa skæl oc sinne
m*ædh* them skulle thu vnd*er*standa [66])
göra got oc fly th*et* onda
th*et* haffw*er* warith förra sakt

thu skulle os styra *mædh* thinne makt
hwar for*e* hiolt[67] thu *mædh* mik tha
tha thu sa mik at illo ga
hwi stodh thu ey tha a moot
oc skipadhe th*et* iak rædhe thæs boot[68]
sigh nw mik *mædh* visso ordh
th*et* likami*n* ær enkte vta*n* iordh
hwath ær th*et* som likami*n* kan
tha siælin hon ær skild widh han
hwath ær th*et* likami*n* gi*ter* tha
tha dödhin mon han nidh*er* sla
thu weet han kan sik enkte röra
ey se ey ga ey tala ey höra
thy thykker mik th*et* wara liikt[69]
haffdhe iak nakra handa fiikt
at döma nakra wranga doma
iak sigh*er* thu monde mik th*er* til koma
satte iak mik nakath til kranka mæn[70]
th*et* wolte thu th*et* sigh*er* iak æn
os swek ræt ængin wærlz makt
vtan thu th*et* haffw*er* iak sakt
æn[71] siælin haffdhe sin gudh fulkær
i allom thingom som henne tilbær[72]
likami*n* ald*re* siælina forwu*n*ne
oc ænga lu*n*d hona swika ku*n*ne
tha iak mo*n*de liffwande *mædh* thik wara
krank ordh monde iak litith spara
thu seer wæl hwath iak thol for thy
oc th*er* ma iak ey vndan fly
iak weet th*et* wæl at iak skal op sta
oc *mædh* thik át*er* til helwitis ga
awi awi fo*re* hardha nödh
at thola dödh oc ald*re* wara dödh
Siælin swaradhe at*er* swa
th*et* hwar ma*n* th*et* wæl thænkia ma
We ær mik th*et* iak war skapath

mædhan iak skulle swa wara fortapath
hwi monde gudh wilia skapa mik
mædha*n* ha*n* viste th*et* m*ædh* siælffwa*n* sik
th*et* mik skulle ey meer hedh*er* hænda
æn we oc dödh for vta*n* ænda
wæl ær the oskælik diwr
som æm wæl [73]) ære gudz creatwr
tha thera kroppa falla nidh*er*
thera siæl hon giffs th*er* enkte widh*er* [74])
thy the forfaras m*ædh* siælffw*om* them
the thola ey pino i annan heem
gudh gaffwe th*et* syndogha ma*n*na dödh
th*er* sik fordarffwa m*ædh* thenna wærlz ödh
matte tholik [75]) wara hwath q*u*idde iak tha
tha thörffte iak ey nw til helwitis ga
hwath ma nw pröffwas mere nödh
æn daghlika dö oc ald*re* wara dödh
Sorghful siæl th*et* sigh*er* iak thik
th*et* iak thik spör thu sigh th*et* mik
mædhan thu haffw*er* i helwite warith
oc alzskins pinor seet oc farith [76])
om syndoghe mæn the haffwa nakath hop
til then gudh th*er* all thing skop
magho the hopas a gudz dödh
th*et* han them frælse aff thera nödh
Jak sigh*er* tik likame th*et* ful wæl
the ordh thu spordhe æra vtan skæl
æ hwath siæl til helwitis komb*er*
ow*er* henne ganger dötzsins domb*er*
hon thörff ey hopas a nakre nadhe
hon kan ey koma aff diæwlsins wadha
tho alt th*et* folk i wærline ær
som gudhlika liffwa oc gudh haffwa kær
the badho til gudh bade mu*n*ka oc nu*n*no
oc loffwadho gudh th*et* mæsta the ku*n*no
m*ædh* godha g*er*n*in*ga alla handa

the gato ey löst ena siæl aff wanda
the til helwitis komin ware
tho wærlin alt sit goz th*er* til bare [77]
fore thy th*et* ær alt vtan nadhe
th*er* sik sæt*er* moot [78] tholkin wadha
iak sigh*er* thik th*et* m*ædh* wisse skæl
th*et* diæwlin læt*er* ey ena siæl
frælsa wt aff sinne nödh
ena-stu*n*d fo*re* all wærlzins ödh
Likamen sagdhe æn tha til henna
som os mon thæsse sc*ri*fftin kenna [79]
Sigh mik th*et* m*ædh* ordhom sannom
æn nakath spars [80] them ærlika [81] ma*n*nom
som i wærldine haffdho wald oc doma
æn the til helwitis ku*n*no koma
magho the hopas a nakra boot
aff helwitis nödh them staar a moot
Tha swaradhe ho*nu*m the arma siæl
til the ordh m*ædh* ful godh skæl
Æ thæs mere man pröffwas wara
m*ædh* goz ell*er* m*ædh* and*re* wærlz ære
thæs mere pino mon han fa
æn [82] ha*n* mon nakath mot rættin sta
komo twe grymme diæffla tha
til the arma siæl mando the ga
m*ædh* oop [83] oc roop oc mykith skraal
aff th*em* gik eld som annath baal
alle wærlz mæstara the th*et* ey fu*n*no
m*ædh* thera klokskap oc the ey ku*n*no
sc*ri*ffwa thera liknilse swa waro the ledhe
som mik tha fo*re* öghon waro tedhe
the mæstara so*m* wæl ku*n*no sc*ri*ffwa [84] diwr
fughla oc alzskins creatwr
m*ædh* konst fulsc*ri*ffwa th*et* ær ey wist
m*ædh* all klokskap oc alzskins list
sc*ri*ffwa twa diæffla swa rædhelik

som the waro th*er* tedhos mik
the waro som tiæra swarte badhe
m*ædh* thera laat war ængin nadhe
iærnkroka the i hænd*er* fördho
oc brinna*n*de eld aff mu*n*ne wt kördho
th*er*a tænd*er* waro som annor plogh iærn
mot th*e*ra krafft war ængin wærn
aff th*e*ra næsom gingo wt orma
som redho waro mot siæline storma
th*e*ra öghon waro som mullögha [85]) twa
th*er* brinna*n*de eld monde aff ga
war monde aff th*e*ra öghon flyta
m*ædh* fwlan döön swa at ey mo*n*de thryta
the haffdhe horn i ænne [86]) sino
som siælina fördhe til helwitis pino
thæsse diæffla waro swa ledhe
oc the waro siælinne illa wredhe
the gripo the siæl m*ædh* kroka sina
oc drogho henne swa til helwitis pine
th*e*m mötte otalighe diæffla i thy
m*ædh* stiim [87]) oc roop oc mykith gny
the loffwadhe alle henna færdh [88])
th*et* gudz likne war swa litith wærdh
some diæffla skirpto [89]) at henne
oc some riffwo alt henne ænne
oc bri*n*nande bly i henne gutw
oc alle sænder mot henne thutw [90])
some hona m*ædh* sik drogho
oc some skinnith aff henne flogho [91])
some fylto henna öghon skæro
m*ædh* mykin thræk oc all oæro
æn thy th*et* the diæffla waro snödhe [92])
the wordho æn alle i sænder mödhe [93])
the m*ædh* alla krafta sina
girnadhos [94]) the sama siælina pina
the sagdho sidhan til the siæl

Thu skal th*et* wita m*ædh* wisso skæl
thetta ær enkte aff pino thinne
som thu haffw*er* tholt i thetta sinne
thiin pina ær meer æn twsand fald
för æn thu komb*er* til thiin thiænista giæld [95])
oc alle the i wara thiænist ga
tholik löön tha skulu the fa
Tha diæfflane haffdho talath swa
oc siælin monde thera ordh forsta
henna liwd war ey tha dighirt höght
thy th*et* war swa m*ædh* pino*m* thöght [96])
hon sagdhe thystlika widh siælffwa*n* sik
ih*esus* gudz son nadha mik
ih*esus* h*er*ra se til miin [97])
som skapath ær aff nadhom thiin
iak weet th*et* iak ær thit creatwr
æn tho miin pina ær mik swa swr
The diæffla swaradhe henne i mot
thu thörff ey hopas a nakra boot
mik thykker thik wara alt for seena
at kalla a ih*esu* nampn th*et* reena
thik dugh*er* ey nw bedhas nadhe
mædhan thu ih*es*u nampn forsmadhe
iak sigh*er* thu skal nw m*ædh* os bo
thu thörff ey hopas a nakra ro
thu skal nw ræknas i war skara
oc m*ædh* os for vta*n* ænda wara
dagx liws faar thu ald*re* se
oc ængin ænde komb*er* a thit we
thiin glædhe ær nw komi*n* til ænda
oc ængin frygdh ma thik meer hænda
mat oc dryk thu ald*re* faar
vtalike æ*re* thiin kranka aar
the ære flere æn i soline ær g*ra*nd
th*er* thu skal pinas i dötzsins band
th*et* haffwa wi diæffla nw thik sakt

thit hop giffw*er* thik nw ænga makt
Sidhan iak haffdhe thetta seet
som iak haffw*er* nw idh*er* teet
en storan ræddogha mo*n*de iak fa
aff th*et* iak thetta vnder sa
iak badh til gudh swa innerlik
th*et* han matte wardha mik nadhelik
iak badh ho*nu*m om sina [96]) helgha nadhe
th*et* han frælse mik aff tholik wadha
Th*et* skulle hwar ma*n* thænkia m*ædh* sik
the stu*n*d ma*n* wa*re* i iordherik
thiæna war h*er*ra m*ædh* makt oc mogha
oc alla ha*n*s signadha g*er*ni*n*gha loffwa
oc bidhin wara f*rv* om hen*n*a sig*na*dhe nadhe
th*et* hon sin signadha son thæth badhe
th*et* wi mattom fa i himerike löön
gudh vnne os the sama böön
wærlin ær fagh*er* att se oppa
ma*n* thænk*er* hurw ma*n* skal pæni*n*ga fa
ma*n* röffwar then fatigha m*ædh* sit wald
siælin staar fo*re* i synda giæld
han thænk*er* skulo liffwa i thwsa*n*d aar
th*et* han ald*re* til scriffta gaar
tha ma*n* wardh*er* siwk*er* tha fald*er* ha*n*s makt
litith haffw*er* han oppa tholikt akt
tha læt*er* han æpter p*ræ*stin fara
oc kærir [99]) sik tha swa iæmirlika sara [100])
han rædhis fast om sina siæl
hon faar tha pino th*et* weet ha*n* wæl
han wil tha göra siin sc*ri*ptomaal
oc rædhis tha fo*re* then onda graal [101])
dödhin gang*er* ho*nu*m swa næær
the ære tha borto so*m* han haffdhe kæær
tha komb*er* p*ræ*stin ey fo*re* hans dödh
siælin skils widh kroppin m*ædh* mykin nödh
hon sæter sik oppa hans salgha [102]) bryst

hans tu*n*ga mon tha wara thyst
th*et* mik war a moot th*et* war thik söt
we mik th*et* iak git*er* ey m*ædh* thik dööt
the læggia hænd*er* widh hans sidho
ængin bær for ho*nu*m qwidho
tha haffw*er* han ængin sik til win
orma oc paddor dragha han til siin
tha læggia the han i graffwina nidh*er*
litith dugh*er* ho*nu*m th*et* præstin bidh*er*
ho*nu*m dugh*er* ey mæssa ey ottosang
siælin ær i helwite oc haffw*er* th*er* thwa*n*g
swa komb*er* han i diæwlsins klo
siælin ær i helwite oc haffw*er* oroo
war he*r*ra komb*er* wredh aff domin nidh*er*
ængin ær swa rætwiis th*et* ha*n* giffs ey widh*er*
aff hans mwnne standa tw swærdh
hans vnd*er* [103]) blödha for*e* vtan flærdh
vsal ær tha th*en* som illa haffw*er* giort
han bidh*er* them alla fara bort
i th*en* ledha ængla skara
oc th*er* for*e* vtan ænda wara
wæl ær them han [104]) helsa m*ædh* alle böön
han giffw*er* them allom i himerike löön
han sæt*er* them a sina höghro hand
gudh skili os widh helwitis band [105])



Notulæ.

Notulæ.

[1]) *a* = *i* unde hodiernum *å*. [2]) *list:* ars, konst, proprie: peritia litteras colligendi a *lisan*, colligere, legere. *Mæstare a boka list:* philosophiae magister. [3]) Cod. Mscr. habet: *thz*. Præterea plerumque legimus *mz*, si a versu 136 discesseris, ubi plenum invenimus scriptum *mædh*. Quae compendia scribendi litteris inclinatis in descriptione nota fecimus. In antiquis monumentis invenimus, Romanos divisionem vocum aut repudiasse aut, ubi diviserint, rationem syllabarum minime habuisse. Suetonius vero in vita Augusti Cap. 87 tradit, hunc verba non divisisse nec ab extrema parte versuum abundantes litteras in alteram transtulisse: "sed ibidem statim subjicit *circumducitque*". Ex tali consuetudine abundantes litteras infra vel supra scribendi & circumducendi ortum fuisse signum illud L vel Z, quae nostris quoque temporibus ad abbreviationes vocabulorum designandas adhibentur, suspicamur, e. gr. *dl* = deleatur &c. [4]) Cod. Mscr. habet: *ihc xpist.* [5]) *weet:* datum, *gifvet* a veteri verbo *at veita:* (non *at vita*, quod significat: scire, inclinare, *veta*, *vetta*) præbere, subvenire, ad epulas largiores invitare, feudi nomine alicui credere, *gifva*, *bispringa*, *traktera*, *gifva förläning*, unde substantivum illud frequenter occurrens *veitsla*, epulum, feudum, *gästabud*, *län*. [6]) Lapsus calami pro *war*. [7]) *teet* a *tea:* ostendere, *te*. [8]) *lagdhis*. In lingua Islandica forma verborum in — *st* plerumque reflexive et reciproce usurpatur, et exprimitur genus passivum sæpissime per verbum auxiliare *vara*. Hanc terminationem in — st in linqua antiquissima sonasse — *sk* et pronomini *sik* originem debere, docet *Rask*, unde videmus significationem reflexivam esse primariam, et significationem passivam secundariam. Litteram finalem — *t* jam sæculo XIII in lingua suecana abjectam fuisse testantur leges nostrae provinciales (Cfr. *Svenska språkets historia af N. M. Peterssen på Svenska utgifven af J. W. Liffman*, p. 89, quem librum veterum litterarum suecanarum amantibus quam maxime commendamus). In verbis, quæ hodie dicuntur deponentia, reliqua est hæc passivæ formæ vis reflexiva. In lingua Moesogothica formam habemus proprie passivam, quam vero in nulla alia Gothica dialectu se umquam invenisse adserit *J. Grimm* (*Deutsche Gramatik* T. 1, p. 1050), paucis enim locis, ubi in linguæ antiquissimæ germa-

nicæ monumentis occurrere videntur hujus formæ vestigia, ut spurios suspectos habet. Quod hoc primo loco monuimus, ut quæ infra occurrunt formæ passivæ a lectore reflexive explicentur. [9]) *Dwale:* stupor, h. l. *hänryckning* (ecstasis). [10]) *Braat,* hodie *brådt:* inopinato, *hastigt.* Concentus, qui inter hanc vocem et ultimam superioris versus esse debet demonstrat, *a* longum, vel diphtongum illam ab *a* cum *u* mixto ortam, nondum ut *å* sonasse. [11]) *likame* antiquitus etiam neutrius generis fuisse testatur monumentum runicum, quod in libro, qui inscribitur *Run-urkunder af Liljegren,* sub numero 378 occurrit, quod genus in hodierna lingua Danica est conservatum. [12]) *forsnima:* nuper, nyligen. Isl. *snema,* mane, *tidigt.* Olim fuisse adjectivum *snimr,* quod brevem significaverit, verisimile nobis videtur. [13]) Vocabulum *ladh, laat* ut infinitivum verbi *laata,* lamentari interpretatur *Molbech.* Est tamen, ut opinamur, danicum *henne* et suethicum *henna* genitivus, non accusativus (isl. *hennar,* sueth. primo *hænnar,* postea *henna*) et *laat* accusativus substantivi, quod sonum, lamentationem significat. [14]) *ledher* hodie *led,* deformis, turpis, *ful, otäck.* [15]) *kost:* cibus, *mat.* [16]) *kraser,* isl. *kràs,* sueth. *kræs, kras, krase,* cupediae, *läckerheter.* [17]) *alzsköns:* omnis generis, *all slags:* hoc vocabulum in duas partes dissolvendum, in *alz,* quae genitivus est vocis *all:* omnis & in *köns,* quae est genitivus substantivi *kön:* genus, *slag.* Recentiores male diviserunt in *all sköns,* quippe cum littera *S* ad priorem, non ad posteriorem vocem pertineat. [18]) *Orma:* vermes, *maskar;* crf. germ. *Wurm* et dan. *Orm.* [19]) *foro,* proprie vectura, deinde omne quod vehitur, h. l. suppellex, *husgeråd.* [20]) *hona* = *hana.* Vide *Peterssen* l. c. p. 92. [21]) *Thy:* Dativus pronominis demonstrativi *Pæn.* Hinc hodiernum *i thy att* et ipsa particula *ty.* [22]) *Awi:* interjectio composita ab *a* et we. [23]) *Spilla:* violare, perdere, *kränka;* hinc hodiernum *sjelfspilling.* [24]) *Enkte:* non, *icke;* proprie neutrum vocis *ængin,* nullus. Lingua Island. habet *ecki,* unde nostrum *icke.* [25]) *Sæta:* obedire, *lyda.* Smolandi ad nostram usque ætatem hanc vocem retinuerunt. [26]) *Æn tho at:* quamvis. *ehuruväl* (hodie, *ändock att*); Cfr. Angl. *though,* [27]) Versus 63 & 64 in margine eadem manu sunt adscripti. [28]) *Tho*: tamen, likväl; hodie, *dock.* [29]) *Gita* significat posse, *kunna* et semper cum supino construitur. [30]) *Dighra riikt:* magnae divitiae, *stora rikedom.* [31]) *Fiikt:* studium, *bemödande.* [32]) *Huld:* carnem, *kött.* [33]) *List:* lapsus calami pro *lyst:* appetitus, *lust.* [34]) *fullskyt:* valde repente, *mycket hastigt.* Isl. *Skiótt,* cito a *Skjótr,* citus. [35]) *Holde:* involvebat, *höljde.* [36]) *klwte:* (Isl. klutr, D. klud) h. l. lacinia, pannucia, *skynke.* Amictorium et velamentum capitis feminarum Smolan-

di hodierni vocant *klut, klutar.* Vide: vocabularium værendicum, quod edidit *O. Cawallius.* [37]) *Wi komom:* si veniremus, *om vi kommo.* [38]) *Wænta:* sperare, *hoppas.* [39]) *Rædelik:* horrendo modo, *rysligt.* [40]) *Wena sik:* lamentari *jemra sig.* Cfr. germ. *Weinen.* [41]) *Sarlika:* valde. Cfr germ, *sehr* et dan. *saare.* [42]) *marghom lwndom:* multimodis, *på mångahanda sätt* Cfr. *ingalunda, någorlunda.* [43]) *Tröst,* fiducia, auxilium, *hjelp.* [44]) *annan wægh:* alio modo, *på ett annat sätt.* [45]) *Wænleek:* amicitia, *vänskap.* [46]) *Snæra* pro *snara.* [47]) *Skæl:* ratio, *förnuft.* [48]) In lingua antiqua verba *kunna, vilia, töras* ante infinitivum habent *at.* [49]) *thet ær i wanom:* verisimile est a *wan* l. *wån*, spes, opinio exspectatio, *förmodan, hopp.* Cfr germ. *Wahn.* [50]) versus 157 & 158 eadem manu in margine sunt adscripti. [51]) Hoc nunc probavi *det har jag nu bevisat. Sin* proprie significat: iter, deinde successionem, vices. Cfr. *någonsin, tusen sinom tusen.* [52]) *Namp:* didicisti. *Nema* proprie significat sumere (Cfr. germ. *nehmen*), deinde discere, *fatta, förnimma.* [53]) *kyndigh:* ambitiosus, vafer, *stolt, illistig.* [54]) pro *akt,* quod deletum est, recentiori manu scriptum est *raadh.* [55]) *Jætte:* promisit, lofvade, a *jæta:* affirmare, promittere. [56]) *Ödh:* divitiæ, *rikedom.* Cfr. *Upsala öde.* [57]) *Ryghelik:* quod cum magno nisu fit, *hvad som göres med stor ansträngning;* Isl. *ryga* l. *róga*, moliri, *anstränga sig.* [58]) *Ledher:* pertæsus, *utledsen.* [59]) *Döön:* odor, *lukt;* Isl. *daun.* [60]) *I thæssa mata:* hoc modo, *på följande sätt.* Isl. *máti,* Dan. *Maade.* Germ. *Masse.* [61]) *Rætta:* judicare, *dömma,* Germ. *Richten.* Cfr. *Rättareting.* [62]) *Wall:* potestas, *välde.* [63]) *Ball:* ingens, *stor;* hodie *bål* ex. gr. in *Bålgeting:* vespa major. [64]) *Minna:* minus, *mindre.* [65]) *Walda* h. l. dirigere, præesse, *befalla öfver.* [66]) *Vnderstanda:* intelligere, *förstå.* Isl. *Undirstanda,* Angl. *to understand.* [67]) *Hiolt,* proprie: tenebas, *höll.* [68]) *oc skipadhe . . . . boot* = et ita instituebas ut huic rei mederer, *och lagade så att jag rådde bot för det* [69]) *Liikt:* justum, æquum, *rättvist, billigt.* [70]) *Krank:* malus, *elak.* [71]) *æn:* si, *om* [72]) *Tilbær:* decet, *anstår* [73]) *Æm wæl:* etiam, *jemväl.* [74]) *Giffwa sik widher:* queri de aliqua re, *jemra sig öfver något.* [75]) *Tholik:* similis, *dylik* [76]) *fara:* experire, *erfara.* [77]) *Ther* eadem manu supra scriptum. *Gaffwe* deletum est et ejus loco insertum est *bare.* [78]) *Moot* pro *Widh,* quod deletum est. [79]) *Kenna:* docere, *lära.* [80]) *Spars:* parcitur, *skonas.* [81]) *Ærlika,* sine dubio lapsus calami pro *rika.* [82]) *Æn:* si, *om* [83]) *Oop:* clamor, *rop;* Isl. *Æpa,, ropa.* [84]) *skriffwa:* describere, *beskrifva.* [85]) *Mullögha:* malluvia, *handfat, tvättfat* a *mund,* manus. [86]) *Ænne;* frons, *panna.* [87]) *Stüm:* tumultus, *oväsende.* [88]) Versio Danica habet; *The lofvade alle the-*

ris færd. [89]) *Skirpa:* expuere, *spotta.* [90]) *thutw:* ululabant, *tjöto.* [91]) *Flogho:* deglubebant, *flådde.* [92]) *Snödhe:* alacres, *raska.* Hanc significationem neque in lingua Islandica, neque in antiquis linguac Suethicæ monumentis invenimus; in lingua Isl. tantummodo occurrunt *snaudr:* inops, *fattig* & *snötr:* vafer, *illistig,* quibus hæc vox illustrari posset. Cum vero versio Danica habeat *hede,* sv. *heta,* et cum hodiernum nostrum *sno sig* significet: festinare, in agendo celeritatem adhibere, vocem reddimus per alacres. Cfr. W Gothorum *snota sig:* festinare. [93]) *mödhe:* lassi, *trötta;* germ. *müde.* [94]) *Girnadhos:* enitebantur, *bemödade sig af alla krafter;* Isl *Girnaz,* expetere, *eftersträfva.* [95]) *thiænista giæld:* merces, *lön.* [96]) *Thöght* propric significat: extendendo diminutum, *genom utdragning försvagadt.* Cfr. Suecorum: *Töga, Töja* = *Tänja.* [97]) *mün:* casus genit. pronom. *Jag; til* in lingua antiqua semper cum genitivo construitur. [98]) *Jak:* Versio Danica habet: *ieg bernardus,* unde auctorem fuisse Bernhardum quendam colligere possumus. [99]) *kærir:* accusat, *anklagar.* [100]) *Sara:* valde, *högeligen;* germ. *sehr,* Dan. *saare.* [101]) *Graal:* terrorem, förskräckelse; (germ. *Gräuel*) h. l. quod terrorem injicit, *det som är förskräckeligt.* [102]) *Salgha:* mortuum, *döda.* [103]) *Vnder:* vulnera *sår;* Germ. *Wunde.* [104]) *Han helsa:* cum celebrant, *fira honom.* [105]) Hic finis versionis suecanæ; Danica aliquanto prolixior est. Codicem manuscriptum supra describentes, descriptionem illam allegoricam, cui in indice codicis præfixo additur titulus: *aff kong Albrekt oc aff swerikis rike,* typis exscriptam emisisse editores scriptorum rer. Suecicar. reticuimus, quod tandem observatum volumus.
